DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Stiftung

Pfarrarchiv Matrei am Brenner

15.05.1411

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7754.A.U1.63b

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-57117

Visual Library

Ulricus dei gratia Episcopus Brixinensis Universis et singulis presentes nostras litteras inspecturis Salutem in domino sempiternam Cum dilecti nobis in christo Waltha-
sar de Gerit de Serentina et Elizabeth eius uxor nostre diocesis cupientes diem sue messionis extreme bonis prevenire operibus et transitoria in eterna ac
terrena in thesaurum celestem felici commercio commutare et fructum in illis querere qui non perit ad laudem et gloriam dei omnipotentis et intemerate matris
eius gloriose virginis Marie omniumque sanctorum et precipue sanctarum martirum et virginum Lucie Otilie et Barbare necnon ad salutem animarum suarum omniumque
fidelium defunctorum simul et vivorum de bonis sibi a deo collatis unam perpetuam missam certis temporibus celebrandam super altari de novo erecto in honore dictarum
sanctarum martirum et virginum Lucie Otilie et Barbare in Capella sancti Oswaldi in Matray nostre diocesis sub certis modis et condicionibus fundarunt et dotarunt
prout in litteris fundacionis et dotacionis huiusmodi plenius continetur Quapropter dicti Walthasar et Elizabeth eius uxor cum instancia debita humiliter suppli-
caverunt quatenus fundacionem et dotacionem predictas confirmare dignaremur. Nos igitur cupientes divinum cultum quantum in nobis est augmentare [illegible]
tenore Considerantes etiam quod iustis petentibus non est denegandus assensus fundacionem prefatam et dotacionem dicte perpetue misse sicut premittitur [illegible]
ratas habentes et gratas cum omnibus suis clausulis modis et condicionibus in dicta fundacione et dotacione litteris contentis auctoritate nostra ordinaria lau[illegible]
approbamus ratificamus et confirmamus Et ne forsan plebanus parrochialis ecclesie ibidem in Matray in proventibus et iuribus parrochialibus minuta ali[illegible]
pretextu fundacionis et dotacionis huiusmodi paciatur Volumus et decernimus quod plebanus dicte ecclesie pro tempore existens per se vel alium sacerdotem ydoneum dictam
missam regat et gubernet cuiusque fructus redditus et proventus percipiat et in spiritualibus et temporalibus ac divinis iuxta fundacionem et dotacionem predictas laudabiliter
deserviat et deservire possit cum effectu In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et evidens testimonium presentes nostras litteras fieri iussimus nostrique
Sigilli appensione communiri. Datum Brixine die Quintadecima mensis Maii Anno domini Millesimo Quadringentesimo Undecimo

Nº 52. 1417, ~~vel potius 1377~~

Confirmatio Missae perpetuae pro ique S. Ulrici
Ottiliae et Barbarae in Eccl(esi)a S. Oswaldi instituta
a Balthasaro de Stell. ab Ep(iscop)o Brix.
Ulrico

63/6

Nº 33